

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBI LEODIENSIS


# SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

VI

(LIBER SEXTVS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1973

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

ARMEN CARAPETYAN, PH. D., DIRECTOR

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBUS OF LIÈGE

SPECVLVM MVSICAE

Edited by  
ROGER BRAGARD

VI  
(LIBER SEXTVS)

Copyright 1973 by  
ARMEN CARAPETYAN

Printed in the Netherlands

## SPECULUM MUSICAE

### <INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEXTI SPECULI MUSICAE.>

- I. Prooemium in sexto libro Speculi Musicae.
- II. De trium consonantiarum speciebus.
- III. Quae tactarum specierum voces habeant immobiles extremas et quae mobiles.
- III. Quod ex speciebus diapason oriuntur modi vel tropi, qui etiam toni nuncupantur.
- V. De numero et nominibus modorum vel tonorum antiquorum.
- VI. Descriptio alphabeti graeci.
- VII. Litterarum graecarum et aliarum quaedam proprietates.
- VIII. Quod litterae graecae chordis adaptantur monochordi.
- VIII. Musicarum notarum graecarum per voces conveniens dispositio in tribus generibus.
- X. Notarum graecarum non tantum in modo lydio, sed in ceteris modis descriptio.
- XI. Descriptio tactarum notularum, modorum octo vel tonorum differentiam continens et ordinem.
- XII. Tactarum descriptionum aliqualis explanatio.
- XIII. Ratio descriptionum modorum prius positurum.
- XIII. Cur modus octavus ceteris sit appositus.
- XV. Prologus in quo dicta continuantur dicendis et quae dicenda sunt in quodam generali proponuntur.
- XVI. Monochordum quare septem tantum contineat vocum discrimina.

Incipiunt... Speculi Musicae om P<sub>1</sub>

III Quot *pro* Quod C X modo om C XI differentiae et ordines *pro* differentiam continens et ordinem C XII exemplatio *scr* P<sub>1</sub> *sed alia manus in explanatio corr*

- P<sub>1</sub>, 205r | XVII. Monochordum quare non sit contentum una diapason.
- XVIII. Monochordum quare ultra bis procedat diapason.
- XVIII. Monochordum cur ad ter diapason non extenditur.
- XX. Cur potius monochordum in tetrachorda divisum est quam in dichorda, trichorda vel pentachorda.
- XXI. Quae virtus, quae perfectio sit numeri quaternarii.
- XXII. Divisio tetrachordorum in monochordo contentorum secundum Guidonem et sequentes suos, et qualiter convenient cum Boethii tetrachordis.
- XXIII. Quare sub tetrachordo <gravium> vox quinta sub figura graeca .Γ. <sit> addita.
- XXIII. Quare ceteris tetrachordis additum sit synemmenon id est .b. molle, et de comparatione .b. mollis ad .h. quadratum.
- XXV. Monochordum quare non est divisum in penitus coniuncta tetrachorda vel <in> penitus disiuncta.
- XXVI. Assignatio distinctioque dispositionis specierum diatessaron secundum Guidonem et sequaces suos.
- <XXVII. Comparatio tactae dispositionis tetrachordorum inter se.>
- <XXVIII.> Comparatio tactae dispositionis tetrachordorum ad illam quam assignat Boethius.
- <XXVIII.> Dispositio specierum diapente secundum Guidonem et sequaces suos.
- <XXX.> Comparatio specierum positae dispositionis inter se et ad species diatessaron.

XVII uno C XXI ternarii pro quaternarii C XXII cantorum pro contentorum C XXIII finalium pro gravium P<sub>1</sub>C sic pro sit P<sub>1</sub> XXV vel penitus, omissio in P<sub>1</sub> P<sub>1</sub>C omiserunt: XXVII. Comparatio tactae dispositionis tetrachordorum inter se, et idcirco omnia capitula, usque ad capitulum LV (vide infra), fallaciter numerantur XXVII pro XXVIII P<sub>1</sub>C in capituli titulo, P<sub>1</sub>C scr quantum ad species diatessaron ad illas quas pro ad illam quam (vide p. 65) XXVIII pro XXVIII P<sub>1</sub>C in capituli titulo, P<sub>1</sub>C scr specierum ipsius diapente (vide p. 67) XXVIII pro XXX P<sub>1</sub>C specierum om C in capituli titulo P<sub>1</sub>C scr diapente tactae pro positae (vide p. 68)

- <XXXI.> Comparatio specierum diatessaron et diapente metrorum pedibus.
- <XXXII.> Alia specierum diatessaron et diapente figuralis descriptio.
- <XXXIII.> <Dispositio> distinctioque specierum diatessaron secundum Guidonem et sequaces suos.
- <XXXIII.III.> De modorum numero.
- <XXXV.> De modorum nominibus.
- <XXXVI.> Quid sit modus vel tonus.
- <XXXVII.> Quod toni vel modi sua habeant principia.
- <XXXVIII.> Quod toni diversificantur in mediis.
- <XXXVIII.III.> De modorum vocibus finalibus.
- <XL.> Quod a vocibus finalibus principaliter modi cognoscuntur.
- <XLI.> Quod sint aliquae voces vel claves affinales.
- <XLII.> Quod in modis quaedam sunt voces principales similiter et consonantiae.
- <XLIII.> Quid sit primus modus secundum Guidonem.
- <XLIII.III.> Quid sit secundus modus vel tonus secundum Guidonem.
- <XLV.> Quid sit authenticus deuterus vel tertius tonus secundum Guidonem.
- <XLVI.> De quarto tono quid sit secundum Guidonem et quae eius principia.
- <XLVII.> Quid sit tonus quintus et quae principia secundum Guidonem.
- <XLVIII.> Quid sit tonus sextus Guidonice et quae eius principia.
- <XLVIII.III.> Modus septimus quid sit secundum Guidonem et quae principia eius.
- <L.> Quid sit octavus modus et quae principia eius secundum Guidonem.
- <LI.> Modorum inter se comparatio quantum ad aliquas convenientias et proprietates.

XXX pro XXXI P<sub>1</sub>C XXXI pro XXXII P<sub>1</sub>C XXXII pro XXXIII P<sub>1</sub>C Depositio pro Dispositio  
P<sub>1</sub>C XXXIII pro XXXIII P<sub>1</sub> XXXIII pro XXXV P<sub>1</sub>C XXXV pro XXXVI P<sub>1</sub>C XXXVI  
pro XXXVII P<sub>1</sub>C habent C XXXVII pro XXXVIII P<sub>1</sub>C XXXVIII pro XXXVIII P<sub>1</sub>C  
XXXVIII pro XL P<sub>1</sub>C XL pro XLI P<sub>1</sub>C XLI pro XLII P<sub>1</sub>C XLII pro XLIII P<sub>1</sub>C XLIII  
pro XLIII P<sub>1</sub>C XLIII pro XLV P<sub>1</sub>C XLV pro XLVI P<sub>1</sub>C XLVI pro XLVII P<sub>1</sub>C XLVII  
pro XLVIII P<sub>1</sub>C XLVIII pro XLVIII P<sub>1</sub>C XLVIII pro L P<sub>1</sub>C L pro LI P<sub>1</sub>C

<LII.>	Modorum comparatio quantum ad species diapason, diapente et diatessaron quibus inniuntur.
<LIII.>	Modorum comparatio quantum ad .b. et .h.; qui isto et qui illo magis uti debeant vel possint.
<LIIII.>	De vocum similitudine et clavium diversarum affinitate.
<LV.>	Utrum inter vocem primam .A. et secundam .B. sit ponenda aliqua media, sicut inter octavam .a. et secundam nonam .h.
LVI.	Metrica tonorum expositio atque commendatio.
LVII.	Tonorum figuralis castralis descriptio.
LVIII.	Modorum nuptialis et chorealis descriptio.
LVIII.	Tonorum quadripartita descriptio.
LX.	Prologus in quo dicta continuantur dicendis, et utilitas tangitur dicendorum.
LXI.	De litteris vel signis monochordi.
LXII.	De vocibus monochordi, de ipsarum nominibus, et de numero ac dispositione earumdem.
LXIII.	De vocum coniunctione cum signis monochordi vel litteris.
P <sub>1</sub> . 205 <sup>v</sup>   LXIII.	De vocum proprietatibus vel modis cantandi.
LXV.	De vocum inter se regularibus mutationibus.
LXVI.	De vocum inter se mutationibus irregularibus.
LXVII.	De vocum inaequalium coniunctione in quodam generali.
LXVIII.	De vocum constitutionibus et formulis.
LXVIII.	Alia quaedam specialis vocum inaequalium et consonantiarum secundum Guidonem coniunctio.
LXX.	Quid sit cantus et quid cantare.
LXXI.	Cantus divisio.
LXXII.	De notis et figuris cantuum musicis.
LXXIII.	De modo notandi cantus planos secundum tactas notas.

LI pro LII P<sub>1</sub>C nituntur C LII pro LIII P<sub>1</sub>C h pro . . et .h. P<sub>1</sub>C LIII pro LIIII P<sub>1</sub>C Fallaciter P<sub>1</sub> in capitulorum indice scribitur sic: LIIII Utrum inter vocem primam .A. et secundam .B. sit ponenda aliqua media sicut inter octavam .a. et secundam nonam .h. et idcirco omnia capitula sequentia emendate numerabuntur

- LXXXIII. Quod cantus, secundum diversam materiam et hominum dispositiones, distinguuntur et quod cantuum varietates per tonorum conditiones exprimentur.
- LXXV. De cantuum et tonorum regularibus distinctionibus.
- LXXVI. De tono cantuum terminatorum in *ut* vel in *la*.
- LXXVII. De cantuum irregularitate.
- LXXVIII. De tono cantuum irregularium.
- LXXVIII. De cantuum tenoribus.
- LXXX. De differentiis tonorum vel "saeculorum, amen" in generali.
- LXXXI. Qualiter, per tenores et "saeculorum" differentias, antiphonarum <et> introituum tonus cognoscatur.
- LXXXII. Quod per quasdam cantuum formulas vel litteras tonus in <antiphonis> discernatur.
- LXXXIII. Quid sit psalmodialis intonatio.
- LXXXIII. De principiis cantuum primi toni.
- LXXXV. De differentiis "saeculorum" primi toni.
- LXXXVI. De intonatione primi toni quantum ad antiphonas.
- LXXXVII. De differentiis et missarum introituum intonatione et quibusdam aliis ad tonum primum pertinentibus.
- LXXXVIII. De principiis cantuum toni secundi.
- LXXXVIII. De differentiis secundi toni, de intonatione, et aliis quibusdam.
- XC. De principiis cantuum tertii toni.
- XCI. De differentiis tertii toni.
- XCII. De intonatione tertii toni quantum ad antiphonas.
- XCIII. De differentiis et intonatione missarum introituum et quibusdam aliis pertinentibus ad tertium tonum.
- XCIII. De principiis et differentiis quarti toni.
- XCIV. De intonatione antiphonarum et introituum quarti toni et de aliis quibusdam ad ipsum pertinentibus.
- XCVI. De principiis, differentiis et intonatione quinti toni.



- XCVII. De principiis et differentiis sexti toni.  
 XCVIII. De intonatione sexti toni et aliis quibusdam  
 ad ipsum pertinentibus.  
 XCVIII. De principiis septimi toni.  
 C. De differentiis septimi toni.  
 CI. De intonatione septimi toni et de quibusdam  
 aliis ad ipsum pertinentibus.  
 CII. De principiis et differentiis octavi toni.  
 CIII. De intonatione octavi toni et de quibusdam  
 aliis ad octavum tonum pertinentibus.  
 CIIII. Per quae principia et modos incipiendi can-  
 tum aliquem esse primi toni cognoscatur.  
 CV. Per quae principia et modos incipiendi can-  
 tum aliquem esse secundi toni indicetur.  
 CVI. Quibus ex principiis et incipiendi modis tonus  
 tertius cognoscatur.  
 CVII. Quibus ex principiis et incipiendi modis to-  
 nus quartus cognoscatur.  
 CVIII. Qualibus ex principiis et incipiendi modis to-  
 nus quintus agnoscatur.  
 CVIIII. Qualibus ex principiis et modis incipiendi to-  
 nus sextus cognoscatur.  
 CX. Qualibus ex principiis et modis incipiendi to-  
 nus septimus a ceteris discernatur.  
 CXI. Quae sint principia et modi incipiendi ex qui-  
 bus cantus aliquis esse toni octavi agnos-  
 catur.  
 CXII. Comparatio tractatum prius habitum de  
 modis vel tonis penes convenientiam.  
 CXIII. Comparatio tractatum inter se pe-  
 nes differentiam.

*<Expliciunt capitula sexti libri Speculae Musicae.>*

## &lt;INCIPIIT LIBER SEXTUS SPECULI MUSICAE.&gt;

## | CAPITULUM I.

P<sub>1</sub>, 206r

## PROOEMIUM IN LIBRO SEXTO SPECULI MUSICAE.

<sup>1</sup>U numquodque opus tanto laudabilius est necnon utilius, quanto per illud ad bonum aliquod plures informamur, siquidem bonum tanto melius est quanto communius. Maius enim, secundum Philosophum, atque perfectius est bonum quod toti proficit civitati vel communitati quam uni de civitate. Et amabile si sit bonum quod idem valet uni et soli, melius tamen et divinius quod genti et civitati; juxta quod sumptum est quod bonum quanto communius, tanto divinius.

<sup>2</sup>Cum igitur musica, sicut libro primo tactum est, diversis hominum statibus se coaptet maioribus et minoribus, subtilioribus et rudioribus, minus peritis in scientiis et in philosophia magis imbutis, optavi iuxta modicum posse meum in hoc *Musicae Speculo* taliter me musicae dispositioni conformare ut variis hominum conditionibus deservirem, <sup>3</sup> quatinus videlicet in eo subtiliores et ingeniis capaciores musicam theoreticam diligentes consonantiarum in naturis, in ipsarum proportionibus, in earundem propriis ac communibus proprietatibus, unde secundum intellectum recrearentur, aspicerent; simpliciores vero minusque capaces quibus praxis amplius convenit, unde in cantu aliquo aliter atque in hiis quae cantum respiciunt informarentur, reperirent.

<sup>4</sup>Quia igitur libri praecedentes amplius musicae deserviunt theoreticae quam practicae (in illis enim quasi tota continetur Boethii *Musica* quae potius speculativa est quam practica; de ea enim dicit Guido quod non cantoribus, sed solis philosophis utilis est), volo propterea, in eo quod restat de hoc opere, uberius ad musicam practicam descendere.


<sup>5</sup>Tractabitur enim in hoc sexto libro de modis, tropis vel tonis antiquis et modernis, de ipsorum differentiis quae a

Incipit liber... Musicae om C

1 perficit pro proficit C 3 quatenus C minus quam pro minusque C

<sup>1</sup> Aristoteles, *Eth. Nicom.*, L. I, c. II.

<sup>2</sup> sicut libro primo tactum est: *vide* L. I, c. V, 13.



La sol la *quartus*, ut mi sol *quintus habebit*;  
*Principium tenet hoc mi fa sol septimus horum.*

<sup>7</sup> Tunc videndum est de mediationibus observandis in psalmorum intonationibus.

Primus tonus, sextus et septimus in suae intonationis mediatione super psalmos habent *fa mi re mi*; secundus, quintus et octavus, *fa sol fa*; tertius, *sol fa mi fa*; sed quartus, *ut re mi re*. <sup>8</sup> Unde versus:

*Septimus et primus cum sexto sic mediantur:*  
 Fa mi re mi; *quintus, octavus habentque secundus*  
 Fa sol fa; *sed sol fa mi fa tertius habet.*  
 Ut re mi re *quartus servat quando mediat.*

<sup>9</sup> Sic patet de principiis et mediationibus observandis in intonationibus antiphonarum super psalmos finis; finis autem intonationis, ut est tactum, completur per cantum ipsius "saeculorum" quod habet antiphona talis toni vel talis. <sup>10</sup> Et de his, ut <manifestiora> sint, exempla subduntur:

Primus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Se-cundus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Ter-ti - us to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Quartus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Quintus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

*P<sub>1</sub> 252r*

Sextus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Sep-ti-mus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

Oc-ta-vus to-nus sic me-di - a - tur at-que sic fi - ni - tur.

P<sub>1</sub>, 252r

8 quum *pro* quando C 9 in *om* C 10 ut *om* C manifestoria P<sub>1</sub>C in primo exemplo, P<sub>1</sub> inter a et b scr a in secundo exemplo, C inter F et G scr F in sexti exempli fine C scr: a a G Ga G F



<sup>27</sup> Sic igitur, in fine laboris huius de consonantiis; de cantu et tonis, ut ad musicam pertinent planam, ad aliquam recreationem naturalem illorum qui in cantu delectantur, ad dictorum etiam confirmationem maiorem atque commendationem numeri quaternarii, cuius supra virtus descripta est, <sup>28</sup> quattuor posuimus cantus quorum primus, qui ceteris brevior est et simplicior, de sex illis loquitur consonantiis quae, secundum Guidonem, vocum inaequalium primae differentiae sunt, primae vocum mixtiones quibus amplius utimur in componendis cantibus et quae in ceteris maioribus consonantiis includuntur. Illis autem, in fine, diapason adiungitur quae componitur ex illis.

<sup>29</sup> Secundus autem cantus etiam de sex loquitur vocum inaequalium mixtionibus, sed illis, quarum tres in proportionibus fundantur superparticularibus, ut sunt tonus qui in sesquioctava, diatessaron in sesquitertia, quam epitritam nominat, sicut priorem epogdoicam, diapente in sesquialtera, quam vocat hemioliam, et tres in simplicibus ut sunt diapason in dupla, diapente cum diapason in tripla, bis diapason in quadrupla. <sup>30</sup> Istae sunt, inter ceteras, vocum mixtiones principales et concordiae melioris. Unde ab omnibus in numero consonantiarum receptae sunt, excepto tono, ut est supra visum. Istarum sex consonantiarum, in hoc cantu secundo, iam dictae proportionibus tanguntur specificis et numeri in quibus fundantur.

<sup>31</sup> Tertius cantus de octo loquitur consonantiis quae diapason antecedunt, ut sunt limma, id est semitonium minus (limma vocatum a Platone, ab aliis diesis, et illud dicit esse minimum quantum ad mixtionem plurium inaequalium sonorum quibus divisim utamur in cantibus), <sup>32</sup> tonus, semiditonus, ditonus, diatessaron, diapente, limma sive semitonium minus cum diapente, tonus cum diapente. Et his adiungit diapason. Sic de novem loquitur consonantiis, assignans loca aliqua in gammate in quibus locum habent consonantiae illae.

<sup>27</sup> naturam et *pro* naturalem C. addictorum C. <sup>29</sup> prioribus *pro* proportionibus C. sesquialtera C.  
<sup>31</sup> tonus cum diapente *om* C.

<sup>27</sup> cuius supra virtus descripta est: *vide* L. VI, c. XXI.